

Facite, inquit, *vobis amicos*. Vides ergo, quia magna dignitas, sancta paupertas, ut non modo patrocinium ipsa sibi non querat, sed et ferat indigenitus. Magna inquantum dignitas et paupertatis laus. Dicendum tamen est cum S. Basilio, super illa Psalmista verba, *Psalm. xxxvi*: *Hic pauper clamavit et Dominus exaudiuit eum*: « Non semper laudabilis a pauperibus sed que juxta consilium Evangelicum a libera voluntate suscepta perficitur. » Et paulo post subdit: « Non qui eget, omnino beatus est a predicanus, sed qui omnibus orbis thesauris mandatum Christi potius existimat. Hos et Dominum beatos dicit: *Beati, inquit, pauperes spiritu;* non qui pauperes sunt, hoc est inopes, sed qui a paupertate certa animi destinatione prælegeant. »

b. — Sanissimum, ac suavissimum consilium Dei, ut de mamma iniquitatis faciamus amicos, qui in tempore defectionis nos recipiant in æternam tabernacula; utique enim nunc floræ, bonisque omnibus abundes, te manet tempus defectionis, in quo tibi omnia haec temporalia deficiant, et omni-

bus nudus cogaris ire in domum æternitatis. Vt tibi, si nihil ibi invenias amicorum manibus translatum! Hi amici, quos nobis comparamus, pauperes sunt, inquit S. Bonaventura: « De his divitiis temporaliibus nobis amicos facimus, cum pauperibus in temporalibus subvenimus. »

c. — Hic mandat Dominus ut pauperes et genos faciamus nobis amicos, quorum paupertatem ampla est dignitas, ut non solum sibi, sed etiam aliis possint suis orationibus parare æterna tabernacula. Sie ipsi degunt in celis ut sibimetipsis, ac aliis valent parare sedes.

d. — Jubet Dominus de mamma iniquitatis facere amicos, ad hoc ut cum defecerimus, id est, via hæc defuncti fuerimus, ob elemosynas datas prestant nobis auxilium in receptione ad æternam vitam; sed non jubet per quantum hos nobis facere debeamus amicos, ad docendum nos, a multis parum pro celo expendi, quia Deus illud a nobis pro illo acceptat quod habemus, etiam solam bonam voluntatem, si plura dare nequeamus.

DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN

EVANGELIUM LUCE, CAP. XIX, VERS. 41

41. Ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam, dicens :
42. Quia si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
43. Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et coangustabunt te undique.
44. Et ad terram prosternebit te, et filios tuos qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitacionis tuae.
45. Et ingressus in templum cœpit ejicere vendentes in illo et ementes, dicens illis :
46. Scriptum est : Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum.
47. Et erat docens quotidie in templo.

VERSUS 41.

Ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam.

Ut appropinquavit.

1. — « Non solum gressu corporis, » inquit Hugo Cardinalis, « sed etiam compassionis affectu; sed et inutiliter, quia civitas non appropinquavit illi a ponentia. » Didacus Stella similiter considerat, quod tametsi Deus noster animæ nostræ, peccatis immersæ, appropinquat per gratiam suam, nos tamen ab ipso procul abeamus per nostram obstinationem : « Singulis diebus Deus appropinquat ad

peccatores, in secleribus et vitiis obstinatos, ac sua glorie lumine irradiat eos, cum tamen miserimi et obsecrati, inspirantem et saluberrime exhortantem non recipiant. »

Videns.

2. — S. Bonaventura hunc Christi obtutum non solum corporis, sed etiam pietatis sive radium quemdam fuisse scribit: « Non tantum oculis corporis, verum etiam aspectu pietatis; quia prospexit de excelso sancto suo : *Dominus de celo in terram aspergit, ut audiatur gemitus compeditiorum, etc.* »

3. — S. Antonius de Padua, *Serm. in Dom. X post Pent.*, hæc duo verba, *Videns flevit, coniunctum con-*

DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN

343

siderat, ac proinde exclamat dicens : « O anima, si a videres, ille; sed quia non vides, ideo non fles. »

4. — Didacus Stella felicem Jerosolymam futuram fuisse dicit, nisi hoc Christi aspectu abusa fuisset : Felix illa quidem si hæc visione non fuisset abusa; non enim solet ex Dei intuitu sequi perdita; tio, sed salus; » adductaque Zachaei et Matthie exemplum, quos Deus suo aspectu dignatus fuit : « Misertus est eis et eos convertit; ceterorum cum Christus hunc intuitum nihil civitati profutrum a videtur, super eam misericordia commotus laetatur. »

Flexit.

5. — S. Bonaventura ad hoc se reflectit, quod Christus tribus solum viibus, iuxta sacra Scriptura testimoniom, pro nobis flevisse legatur: « Nota quod Christus legitur ter flevisse pro nobis, super Lazarum suscitandum, super Ierusalem, ut hic, et in cruce, ex eis fuit plora Christi perfectissima manifesta ad nos. » Contemplatio quidem, ipsum quoque in infante flevisse meditantur, sed hoc est illius statis proprium. Quando Lazarum ad vitam revocavit, plorabit quoque circumstantes, at vero solemniter receptum est, quod parentes et amici defunctos suis deflant, et at dicti Apostolus : *fleant cum flentibus*. In cruce pariter quid mirum est, ipsum lacrymas effundisse, quando in ea simul totum suum effudit sanguinem : *Clamore valido et lacrymis exauditus est*, præterquam quod dolorum, quos patiebatur, atrocis hasce lacrymas naturaliter producere poterat; at vero summe mirandum est, quod nunc ploret, quando tota Jerosolyma festiva, cum olivis et victoriis palmis et acclamationibus, ad eum se triumphum accingit; ac proinde flets hujus rationes examinare necessum est.

6. — Enimvero Evangelium nos de causa tristitiae Christi, dubios aut annos esse nequaquam permittit; causa etenim fuit civitatis illius ruina et exidium, quod videbat adeo illi esse propinquum: « Res observatione digna, » inquit Lucas Brugensis, « quod Romanæ eodem in loco in monte Oliveti castra posente, et eodem fere die proxima ante Pascha civitatem obsidere coperunt, quo Jesus prædicti, ac deflevit vise excidium. »

7. — Lyranus, per civitatem hanc sanctam, in sensu allegorio, sanctam Ecclesiam intelligit: « Civitas haec est Ecclesia, que tempore Antichristi sic angustiabitur et prosternebitur, quod pauci andebunt se Christianos profiteri. »

8. — Albertus Magnus ait: « In medio suo exultationis, quando cum ramis excipiebatur, flevit civitatis exidium, quod meruit in sua passione. » Et hæc est causa, inquit idem Magnus Presul, cur Ecclesia in Dominica Palmarum, post representatum hunc triumphum solita sit

legere in memoriam hujus planetus, passionis historiam. Hugo Cardinalis postquam hanc eamdem considerationem exposuisset, subjungit : « Nec solum introductum est hoc in Ecclesia, propter Dominici facti representationem, sed etiam ut per ipsum moraliter nos instruat Ecclesia, quod in quantaenam gloria sit aliquis, non est gaudium, quia extrema gaudi lucus occupat. » Et hoc est mysterium, ob quod in summorum gaudiorum culmine constitutus, quando in sua transfiguratione, gloriam, que fruebatur in anima, transmisit ad corpus, ad temperandam laetitiam et excessivum illum cordis jubilum, penosam et amaram mortem sibi reduxit ad memoriam, *Luc., ix, 13 : Dixebat excessum ejus, quem compleverunt erat*; ut nos doceret, quod in medio laetitiae, doloris non sit deponenda memoria, *Prov., xiv, 13 : Ritus doloris miscetur*. Dionysius Carthusianus, *Serm. in hac Dom.*, ait: « Edocemur, ne in die honorum immemores simus madorum, neque in die nos extollemur honoris. » Considera, qualia fuerunt totius populi illius obsequia, honores et acclamations festiva, et ex alia parte Salvatoris nostri moderationem: « Nequaquam inaniter motus est, sed futura intuens mala, ad compassionem et lacrymas est inducens. » Inde pro omnibus illis, qui in prosperitatibus temporalis culmine positi sunt, utile hoc deducit documentum: « Si ergo quandoque aliqua corporalis arredit prosperitas, aliquis honor sive promoto, tunc magis ad interiora nostra redeamus, nos, vereamur, ne forte in vita hac recipiamus bona transitoria pro mercede futura. » Vult quique per hunc fletum nos docere, quod dum ab hoc mundo in sublime evehimur et promovemur, tristandum potius nobis sit quam gaudendum, quia nimis serenitas ingentes communiter minatur adversitates; naves pretiosis mercibus onuste facilius merguntur in dulcibus fluminum vadis, quam in mariis aquis falsis. Previdebat Salvator noster, quod illud populare: *Euge, Euge, faustèque illa ejusdem populi acclamations, Matt., xxi, 9 : Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel*, tandem eadem septima in opprobria et contumelias, nec non in tumultuoso illorum clamores, quibus vociferabantur: *Tolle, tolle, crucifige eum, terminandas essent. Beati, qui nunc flentis, inquit Salvator, Luc., vi, 21. Non dixit nos beatos in gaudiis et prosperitatibus huminis, sed heatos nos appellavit in lacrymis. I Petr., iii, 14 : Si quid patimini propter justitiam, beati. Qui te beatum dicunt, inquit Isaías, 1, 12, ipsi te decipiunt*; proinde S. Augustinus dicit: « Mundus iste perniciösior est blandus, quam molestus; et magis cavendus, cum illicet diligi, quam cum admonet, cogitque contemnit. » Nunc cum in triumphum Christus educitur, plorat; at vero eadem septima, dum ad patibulum eductus fuit, luctus et hilaris exstitit, *Matt., xxvi, 30 : Hymno*

dicto exierunt in montem Oliveti. Conaculum egressus est cantans; quia alii legunt: Hymno cantato.
Hebr., xi, 2: Proposito sibi gaudio sustinuit crucem.
Devotas illas mulieres flere prohibuit, Lue., xxii,
38: Filiæ Jerusaleni nolite flere super me. Per hunc quoque planctum nobis insinuare voluit, quam parvi faceret mundi hujus applausus et honores, ut illorum vanitatem, et quibus subjacent, pericula nobis insinuaret. Lucas Brugensis ait: « Flevit autem inter gaudia et faustas acclamations puli, ostendens adversus insidias Phariseorum quam non his effterret, aut extollebat, quam non judicaret cohibendas, quin multo magis cordi sibi esset civitatis salus. »

9. — Evidem admiratione dignissima est haec Salvatoris erga populum hunc adeo ingratium et rebellerum exhibens compassio, quia cum ab illo in hoc triumpho tanguum Filius Dei et promissus in lege Messias agnitus et honoratus fuisset, eadem septimana ipsum mortis ronu esse exclamavit, ejusque postulavit crucifixionem. Euthymius ait: « Humano more Christus pro immensa sua bonitate deflet, etiam hic ostendens, qualis haberet erga ingratios viscera. » Olim per os Davidis, Psal. xxxv, 3, prædixit: *Si oblitus fuerit tu Jerusalem, oblivione debet dextera mea; adhucare lingua mea fauicibus meis, si non memenero tui, si non proposero Jerusalem in principio letitiae meæ. Experiencia attestante videmus, quod magis soleamus letari de adversis, quae illis, qui nos injurias et contumelias infestant, eveniunt: Dei Filium autem, qui scholam illam in terra plantavit, in qua inter alias virtutes mansuetudinem nobis specialibus inculcatam animis nostris esse voluit: Discite a me quia misericordia sunt, non solum de hujus civitatis homicidis sui excidio non fuit gavisus, verum insuper eandem deflevit, ad insinuandum nobis, quan inimicis exhibere debemus charitatem. Unde Cornelius Jansenius ait: « Discendum quod et nos exemplum Christi, ex animo dolere et plangere debeamus impiorum cæcitatem et perditionem, etiam si sint inimici, eorumque perditionem deplorandum, magis quam mala, quae ab eis nobis inferuntur; quando David defleuit mortuum Saul et Absalon; sic et Jeremias previdens vestitatem populi Judaici. » Carthusianus quoque dicit, quod Christus in his lacrymis ardentissimam suam, erga hunc populum et civitatem sibi rebellis, elucescere fecerit charitatem: « In qua sceleratissimi, crudelissimi, ingratissimi hostes sui, et quibus paulo post fuerat morte acerbissima atque turpissima occidendum, non odio, indignatione, impunitia, aut iracundia motus est contra eam, sed ex ineffabili charitate et pietate condonavit ei tam vehementer, quod prorupit in lacrymas. Hoe exemplo docemur non solum amicis, sed etiam inimicis nostris charitable ac pie*

« condolare, suvenire et pro eorum salute lacrymas fundere. »

10. — Lucas Brugensis Christum per hunc planctum, veritatem humanae nature indicare voluisse existimat: « Flevit ut homo, sed ita ut fletum non invitus pateretur, sed sponte sibi ipsi imperatur, » nec fletus hic in ipso passio, sed propratio quedam fuit.

11. — Notandum est autem, quod S. Lucas non solum ipsum flevisse scribat, sed subiungat, ipsum flevisse super civitatem: *Videns civitatem, flevit super illam, quasi desirat, defleuit illius ingratiudinem, obstinationem et contumaciam, et præcepit instabilitatem, quam erga ipsum exhibuit, quia tametsi ipsi lumen et notitiam divinitatis sue impertitus fuisset, ipsaque eidem quoque fuisse cooperata, prout triumphus hodiernus, voces honoris et cultus erga ipsum exiunni demonstrationes clares sat demonstrant, in hac tamen cooperatione modico tempore constans permanisit, sed eadem septimana se ad exercitabilissimum sceleris in ipsum commissum excessum seduci permisit, qualis nunquam ab humana malitia commissus fuisse legitur, qualis fuit ejus crucifixio. Vere miseria isthac lacrymæ etiam sanguineis deploranda erat. Psal. cxlviii, 12: Sieut bumen ejus, ita et tenebra ejus. Il Cor., ii, 21: Melius erat illis non cognoscere viam justitie, quam post agnitionem retrorsum converti ab ea; et proinde super populum illum collitus immisum est horrendum illud supplicium, cuius presens memini Evangelium, et merito; siquidem Apostolus, Hebr., x, 26, ait: Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam mortuum veritatis, jam non relinquit pro peccatis hostia; terribilis autem quedam expectatio iudicii et ignis consumptio, que consumptura est adversarios.*

12. — Glossa ait: « Plorat super civitatem, ut misericordia, nolens perdi eos, qui in illa sunt, propter facinus contra se; ostendit itaque viscera misericordie per fletum. » Longanimitas et patientia, inquit eadem Glossa, qua trinitas quinque annis, communiat civitati supplicium immittere distulit; satis quantum peccantiam illorum dererat, ostendit. Unde S. Ambrosius hasce lacrymas ad alind quoddam propositum adducens, ita scribit: « Jerusalem flevit, ut quia ipsa flere nobeat, Domini lacrymis ad veniam perlingeret; ipsi nos flet vult, ut evadere possimus. » S. Bonaventura quoque, Serm. i in hoc Dom., ita nos monet: « Flete Domino pro nobis, omnes cum ipso flere debemus. » Unde et motiva nobis insinuat, propter quæ fieri debemus: « Flendum est, » inquit, « pro culpa, ut ignoscatur; pro gratia, ut obtineatur; pro miseria, ut evadatur; pro patria, ut ad eam veniatur. » Didacus Stella quoque planctum nobis pariter persuadere nititur, in satisfactionem peccatorum nostrorum: « Ad nostram eruditio-

« dicamus, quantum propria sclera plorare debemus, ita cum ille deploret aliena, flet Christus nostra peccata, flet hominum stoliditatem et risum. » Verum enim vero advertendum est, quod tametsi in primo loco pro redemptio populi illius non solum lacrymas, sed et sanguinem effuderit, utrumque tamen horum inutile fuerit, sed culpa ipsius, dum in cæcitate et obstinatione sua pertinaciter permanisit, cum tamen verissimum sit axioma illud: « Qui creavit te sine te, non salvabit te sine te. »

13. — Qui Christum in sepulcro Lazari lacrymantem viderunt, banc inde deduxerunt consequentiam: *Ecce quomodo omobat eum. Apostolus quoque, II Cor., n, 4, ait: Scripti vobis per multis lacrymas, ut sciatis, quam charitatem habeam abundans in vobis. Neque enim dari poterat ardentes amoris et compassions, qua Salvator populum hunc prosequebat, manifestus et evidenter signum, quam videre flentem pro illo ipsum Deum, illum, inquam, qui facie sua latificat et beatificat Paradisum, idque in supremo apice glorioissimi illius triumphi, qui fuerat exceptus. Unde Cajetanus ad malignos Phariseos conversus ait: « Vide, « Pharisee, quam charam habeat Jesus bujusmodi gloriam, inter tot honores sedens super asinam flet, non extollitur, non magni facit honores, qui fletum non continent compassionis, » plus etenim de calamitatibus, quas populus isti immixtus previdebat, contristabatur, quam gavisus fuerit de honoribus et triumphis, quibus idem populus illi*

« sanguinem emolliat, eadem septimana, eundem ex omnibus veni suis copiose effundit; at vero dum illum de facto vult castigare, Titum cum Romano exercitu ex longinquis regionibus in eos immitit, ut haberet resipiscendi tempus sufficiens et opportunum. Jansenius, in sermone quadam in hanc Dominicam, ait: « Ex hoc fletu et verbis istis Domini dicendum nobis, quod Dominus non gaudeat, sed plane doleat interitum impiorum, ut vere per Prophetam dixerit: Nolo mortem peccatorum, etc., et subiici velut lamentando: « Concertimini, concertimini a viis vestris pessimis. » Lucas Brugensis ait: « Opportune magnoquin conseruare fletum adhibuit, sua de exilio civitatis propheticæ, ut fidem sibi consiliare majorem. » Idem quoque Auctor progeditur ulterius ad pondemandum in hoc fletu aliud quoddam mysterium, nimurum quod per hunc quoque indicare velit, quod ipsimet incole Jerosolymitanum hujus sui supplicii et excidiu sint fabricatores, tametsi illud, quantum est ex parte sua, sibi displicat, in eius signum, amare illum ipsum deflebat: « Ut confaret non voluntatis ipsius esse, ut periret, qui contra visceribus miseris ricordie, que per fletum estendit, » ait Theophilactus, « eam amplectereatur. » Se quidem iratum ostendit, irascerat, at vero simul, quam sit a nobis castigandis alienus, licet simul sit justus, declarat Propheta Isa., xxvii, 21, dum ait: Ut faciat opus suum, alienum opus ejus, ut operetur opus suum, ab eo peregrinum est opus ejus.

15. — Glossa ait: « Quid si Dominus secundum historiam semel fecit, hoc quotidie per electos suos in Ecclesia agit; plangit reprobus, qui nesciunt, cur plangantur, sed exultant in rebus pessimis, qui si damnationem suam præviderent, seipso cum electorum lacrymis plangerent. » Civitas illa iniuritatem plenissima animam peccatis immersus denotabat, que idipsum deflere non curat, imo potius lieta et hilaris in miserabilis hoc statu esse conspicitur. Unde Albertus Magnus ait: « Tanto plus flevit, quanto illa minus doluit. » Quisquis anima alicuius extra Dei gratiam constituta miserabilem statum penitus considerat, fatebitur utique illam dignam esse, quam ipse Redemptor

lacrymam suis deploret, siquid nec dari, nec imaginatione concipi potest status aliquis infelior et deplorabilior, quam sit peccatoris, mortali peccato obnoxii, status.

16. — Origenes, a S. Thome in *Catena* citatus, ait : Fletur autem et nostra Jerusalem, quod post « peccata circumdant eam inimici, id est, spiritus « nequam. Nullus unquam credidisset, quod Deus ille, qui unice tantum verbo universam hanc mundi machinam prodixit : *Dixit, et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt*, tot ab oculis et multo plures a corde lacrymas effusus esset, ob menium civitatis illius desolationem. S. Bernardinus de Senis, in sermone quodam de dignitate animæ, ait : « Multi « quippe et magni thesauri in mari, et alibi amissi « sunt, milleque civitates combustae sunt, atque « destrucere, et tamen non legimus pro eis Christum flesse, sed pro anima sola. Hæc civitas « animam mystice prafigurat. » Cui consonauit, quod S. Antonius de Padua in eamdem sententiam pariter scribit; dicit enim : « Non flet civitatem terrenam « solum, sed principiter animam; non ruinam « lapidum, sed virtutum. » Deflebat peccata anime, utpote que expianda restabant toto suo pretioso sanguine. Chrysostomus, *Homo. LXVI ad popul.*, ait : « Quoniam de suis non habebat quid lugere, hoc « pro alienis agebat. » At vero dices : Ex quo dannum hoc Jerosolymam concernebat, ad ipsam potius commissa videtur, ut flet, suoque fletu divinam justitiam placaret, cui igitur Christus alienam ruinam et excidium deplorat? Nimirum ut per hoc denotaret, summa se cura et sollicitudine pro animæ nostra salute urgeri, cuius haec civitas figura quedam erat. Vix nobis, nisi ipse pro nobis sollicitidinem gerat. Unde in pastore illo praefiguratus fuit, qui, postquam perditam recuperasset oviculam, vicinos ad secum gaudendum, sibi congratulandum invitavit, ostendens ut per hoc, humanum et profectum animæ nostra ab ipsis veluti bonum proprium estimari, utpote que tanti ipsi constituit. Lazarus quadrupani fons cædaver anime in peccato habitata typus erat; refert autem S. Joannes quod priusquam illud resuscitaret, sepius flevit, *Joun. XI, 3* : *Vadit ad monumentum, ut plorat ibi; infrenat spiritu, et turbavit semipustum; lacrymatus est Jesus.* Neque mirum aliovi videri dehet, quod Salvator noster pro una anime fleviter, qui pretiosissimi sanguinis ipsius premitus considerat, quod pro illius redempzione impedit. Unde S. Bernardus ait : « *Flevit super e illam.* Nec solum flevit, sed etiam occidi se per misit, ut pretiosissimi sanguinis sui pretio eam redimeret. »

17. — Habemus etiam in hoc Salvatoris fletu aliud quoddam utilissimum documentum, nimirum lacrymas nostras utiliter collocandas et impendendas esse, non ad deplorandum hujus vitæ incidentem.

tes ærumnas, neque ob temporalium honorum jacturam, sed ad deplorandam jacturam honorum spiritualium. *Beati qui lugent*, inquit D. Chrysostomus, *Homo. xxi ad popul.*, « non mortuum, non « jacturam, sed peccatum, » quia ut Petrus Celleensis ait : « *Sterilis est omnis effusio lacrymarum, que non effunditur propter regnum Celorum.* »

18. — Optime S. Cyprianus quoad nos considerat, quod videbiet sepe ob mortem alieju amicorum nostrorum contristorem, et contra vero propter mortem animæ nostræ sepenus numero rideamus et latemus : « Si quem ex tuis charum mortaliatis exitu perdidisses, ingemisceres dolenter; « animam tuam miseram perdidisti spiritualter « mortuam et non acriter plangis? » quot enim sunt, qui potius *lamentant cum male fecerint et exultant in rebus pessimis?* Enimvero Deus noster hujus nostræ nature corrupta, fragilis, adeoque ad ejus offensam proclivis optime consuens, ad peccatum expandum et perpetua lura delendum, de unico hoc nobis remedio prospxi, nimirum de compunctione et fletu, nos autem illum non ad peccatum delendum, sed potius ad quavis alia exigui momenti negotia adhibemus. Didacus Stella ait : « *Doce lacrymis « esse diluenda peccata, utpote que scelerum vulnus eribus aptissima sint medicamenta et nihil aliud « presentent quam commissa peccata abolere.* » Qui item ipsi Autor in ordine ad fletum, aliam quamdam habet ingeniosam observationem; dicit enim, quod tametsi lacrymam, dolendo ab amicorum vel parentum mortuorum jacturam, vel ob quamcumque aliam rem perditam, certum sit, quod nihil horum per hoc recuperari simus : « *At si Deum « graviter offendisti, lacrymus offensus tibi reconciiliabis, oblitterisque peccatis omnibus amissam gratiam recuperabis, hic est lacrymarum usus, « hic scopus ad quem sunt dirigenda.* » Idem quoque Auctor ponderat, quod Christus non ob menium desolationem deplorat, sed propter totum animarum iniquitatibus contumacium perditionem : « *Non « diruendos quidem muros, non subvertenda Ierusalem edificia deplorat Dominus, sed cœcitatem « civium eius et animarum interitum et jacturam.* »

19. — Dionysius Carthusianus in quodam sermone suo existimat, voluisse Christum Dominum instruere Prelatos, et animarum sibi commissarum damnæ spiritualium deplorare : « *Fletus iste spectat « ad aliorum Prelatos, et Patres, et superiores, ut « subditorum et ipsi commissorum vita lugeant.* »

Additiones.

a. — *Videns civitatem flevit super illam.* Contigit hoc quando iam triumphabundus sedens super asnam, ducebatur Jesus in Jerusalem. *Videns autem civitatem, descendantibus enim e monte Oliveti, Occidentem versus, proxima Jerosolyma tota erat in prospectu, vidiique illam, ut inquiunt S. Bonaven-*

tura et Cardinalis Hugo, non tantum oculis corporis, sed etiam pietatis affectu. Et quidni ex pietatis affectu dire propter innumerabilium animarum interitum, quem prævidebat, qui propter unicum Lazarum adhuc salvandum infrenuit spiritu, turbavit semipustum et lacrymatus est? Quod innumerabilium animarum populi cuiusquam ante tantopere dilecti damnationem amare deflet mirum non est, siue neque mirandum est quod deploret ingratitudinem toti animarum quas redemptio sua abusuras, ejusque pretiosissimum sanguinem pedibus suis probrose conceulatas esse prævidebat.

b. — Cajetanus Cardinalis et fletum et triumphantum ponderaverat, ait : « *Vidi quam charam habeat « Jesus hujusmodi gloriam, inter tot honores se- « dens super asnum flet; non extollitur, non mag- « nificat honores qui fletum non continent.* » Inter letas Regem illum acclamantium gratulationes, flens ac moerens ibat; sic honib[us] cruciabatur, ut tristis et amara in illis meditaretur, que fletu moverent ac excitarent. Volens ostendere quo cum affectu, et nos homines ambire debeamus, eos non magnificando, cum omnia molestiarum ac periculorum genera in iis occurrant. Quotidianas nos docet experientia, quod ventorū procellosorum furia magis sentialur in locis eminentibus et elevatoriis quam in vallibus aut planitiis. Autor operis Imperfecti, super illa verba : *Audiens autem Herodes rex, turbatus est, ita scribit : « Semper « grandis potestas majori timori subjecta est, sicut « acumen arborum in excelso positarum, etiam si « leuis aura flavorit, moverit; sic sublimes homi- « nes in culmine dignitatum existentes etiam levis « nuntiū fama conturbat. Conturbati sunt principes « Edom, robustus Moab obtinuit tremor.* » S. Hieronymus quoque dicit : « *Regum talis conditio, « ferintur quoque summus fulmina montes.* »

c. — Fuerat illud excidium ac devastatio per Romanos facta, non solum civitatis Jerosolymitanæ, sed totius regni. Cur ergo pliissimum solum civitatem deplorat? Ratione hujus nobis afferat Origenes, *Homo. xxviii in Levit.* « *Nemo Gentilis, » inquit, « fletur, sed ille qui filii de Jerusalem; « quod post peccata circumdant eum inimici, et « lapidem super lapidem non relinquant, maxime « si post multam continentiam, post annos virtutis « virtus quæ fuerit vitorum blandimenti.* » Non deflet Dominus super gentium civitates, sed super Jerusalem; nemo enim Gentilis fuerat in virtute qua recesserat; et si aliae Iudeorum civitates, sub lege fuerint, nulla tamen in justitia ac sanctitate ita resplendunt, ut Jersalem. Unde maxime deplorandum quod post tot virtutes se tradiderit turpitudine vitorum, que maxima certe miseria. Unde virtuosis et perfectis pericula fugienda sunt, neque de propriis viribus nimium presumendum; alias enim in mediis occasionibus misere corrivent. In Chronica S. Francisci, in vita B. Egidii refertur, quod cum duo Cardinales eius se orationibus commendatur se convenerint, quibus vir sanctus, suas illi orationes minime necessarias esse dixit, utpote quibus persuasum esset, quod in mediis deliciis, honoribus et milies vita commoditatibus, de salute sua securi esse possent, cum tamen ipse et alii religiosi in continuis pauperibus, mortificationis, abstinentie, et austeritatis vita regularis incommodis, de propria salute summe timerent et toto corpore contremiserent. Unde ambo ab ipso summe confidit.

d. — Quare flevit plus Redemptor noster, *videns civitatem?* Dicit antiquissimus Origenes, *Homo. xxxviii in Luc.*, harum lacrymarum originem et causam. « *Omnis beatitudines, » ait, « *quas locutus « est Jesus in Evangelio, suo firmavit exemplum.* » *Beati, inquit, mites;* huic simile ait de seipso : « *Discit a me quia mitis sum et humiliis corde. Beati « pacifici;* et qui alius illa pacificus, ut Dominus « mens Jesus, qui est pax nostra? » Et postea subdit : « *Ad quam similitudinem, quia dixerat: Beati « fletes, et ipse flevit, ut hujus quoque beatitudi- « nis jacet fundamenta.* » Jesus qui est risus et gaudium totius mundi, tripliciter lacrymatur : in resurrectione Lazari, in cruce, teste S. Pauli, et in presenti. Omnes virtutes quas in monte Dominus docuit, ad easque nos est exhortatus, ipse eas in se admivit, et firmavit. Optimus certe ad imitandum procedendi modus; si enim boni illius, quod persuaderet volumus, aliquod præsentamus exemplum, facilius illud alius imprimeris poterimus. S. Bernardus in sermone quem in exequiis devoti eiusdem monachi Humberti recitavit, inter alias virtutes quas in ipso commendat, hanc quoque recenset : « *Factiūm vobis sermonem in omni « forma sanctitatis, iste Dei servus exhibuit, quem « et longum fecit, et magnum.* » Quando enim executioni mandatur, et factibile esse demonstratur, quod persuaderetur, tunc cor auditori subjugatur et vincitur. Et ideo priusquam celestis Magister noster predicationem suam exordiretur, prius ad Jordaniem se recipit, ut ibidem Precursum sui manibus baptisaretur : *Tunc venit Jesus, a Galilæo in Jordaniem ad Joannem, ut baptisaretur ab eo.* Joannes autem prohibebat eum, dicens : « *Ego a te debo baptisari et tu venis ad me?* » Respondens autem Jesus, dicit ei : « *Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam.* » Sed, obscoeno, de quanam justitia ibi Christus loquebatur, quam implendam esse dicebat? Audiamus Autorem operis Imperfecti, qui dicit : « *Omnenm justitiam non prius verbis quam « factis implevit; unde etiam Lucas testatur de « illo, dicens: Capit Jesus facere et docere.* » S. Ambrosius super Lucam scribens, eadem verba hunc in modum exponit : « *Quæ est justitia, nisi ut**

« quod alterum facere velis, prior ipse incipias, et « tuo alias horteris exemplo ? » Quia igitur Salvator noster sacrum Baptismatis laverium pro salute generis humani instituerit, prius ipsumet baptisari voluit; sumptu Baptismo, statim se ad prædicandam penitentiam, ansteritatem, jejuniu, tentationumque repulsa, accingere decreverat; ac proinde ipsum subducere, in horridum quoddam desertum se subducere, ibidemque summo cum rigore jejunare atque ad prælidianum cum Lucifero se accingere voluit.

e. — Judicarent aliquando nonnulli lacrymas Christi fuisse indecoras, quia essent languentis animi indicia; sed potius indicia pietatis et misericordiae fuisse eaque intimo quadam compassionis affectu prodiisse, testatur D. Ambrosius, *lib. II de Penit.*, vi. « Ipse Dominus, » ait, « Jerusalem flebit, ut quia ipsa flere solebat, lacrymis Domini provocaret ad veniam. Ipse nos flere vult ut « poenas evadere possimus. » Civitas letantes exaltabat, Dominus vero illius obsidionem et excidium præmeditabatur. Ut ergo civitatem ad salutem vocaret, lacrymas interponit, ut ex tantis lacrymis civitas commota, mentem ehiberet, quia peccata sua lacrymaretur, ut inde ea abstergeret, salutem inveniret et ad Deum accederet. Sie Deus variis uitio mediis, multa culpa et poena mala, etiam incognita removendo, ut nobis benefaciat.

f. — Euthymius, in hunc locum scribens, ait : « Sciens proper immensa vita destruendam, humano modo ipsam pro immensa sua bonitate deflet, etiam hinc ostendens qualia habebat erga « ingratios Iudeos viscera. » Peculiariter deplorat Dominus miseram destructionem Jerusalem; sic super eam deflet Dominus, cum ipsa ei datura esset crudelis mortem. O ings Christi pietas ! non irascitur in suis capitales hostes, non postulat vindictam contra eos, sed maxime super eorum desolationem dolit, eorum casum a quibus iudeundus erat, deplorans. Ex quo exemplo patet, nos per veniam et dilectionem inimicis exhibitam, nobis filiationem Dei comparare, eique similes effici.

g. — Quis non miretur Christum Dominum flemen super Jerusalem, eo tempore, quo triumphum illum vere mansuetudinis et pietatis fecit, de quo *Matth., xxi, 5*, dicitur : *Dicte filia Sion : Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Mansuetus venis Jerusalem, o Jesu, et ejus vicem defles ?* Cur lacrymas fundit super civitatem cui mansuetissima et plentissima viscera pandit ? Evidenter nunquam magis lugenda rebellis et peccatrix urbs, quam ubi sceleribus non iram vindicet seu mansuetudinem ; non duritum supplici, sed teneritudinem compatiens in Deo sentit. Nonna lamentandus est impius, de quo apud *Isaiam, xvi, 10*, ait Dominus : *Miseratur impio, et non discessum justitiam facere ?* Imo nunquam magis lamentandus impius est, quam ubi

nimiris misericordem sentit Judicem, quem magis debet sentire ultorem iniquitatum; maxime quando hoc Dei misericordia et indulgentia magis in peccatis firmatur iniquus. Hoc enim peccator sedulo considerare debet, quod Dei in dissimilans culpis nostris tolerantia ad penitentiam, non vero ad nos trahit in peccatis perseverantiam ordinatur. Quem errorum S. Paulus, *Rom., ii, 4*, a nobis abigere satagit iniquus : *Ignorans quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit ?* Divina namque bonitas patienti quidem est, sed ut ad penitentiam, peccatorum nostrorum emendationem nos extulit; ac proinde misericordia Dei ad finem ordinatur oppositum illi, quem peccator sibi inanite fingit, utpote qui ob expertam Dei sepius misericordiam, peccatis semper insordescit. Contra quem abusum Rabenus calamus suum in haec verba strinct : *Nihil stultus est, quam pietatem Dei ac patientiam in usum convertere peccatorum, qui ideo delinquentes expectat, ut se convertant in melius et agant penitentiam de peccatis suis.* »

i. — Causam aliquam hujus fletus assignat Dionysius Carthagenus : « Vident, » inquit, « Jesus Jerusalem, ejusque pulchritudinem exteriorum, deflevit ipsius culpam et poemam, non tam temporalem quam eternam. » Vident civitatem lacrymabat Dominus, non tantum illius excidium futurum, sed potius peccata, que tantæ ruinæ cause extabant. Hoc enim intervenit discrimen inter mundanos ac justos; nam illi mala poena, hi vero culpe noxia deplorant. Hoc autem in fundensis lacrymis regula tenenda est, cum enim valde sint pretiosæ, solum ad diuina peccata nostra sunt impendentes. In enim Dei ob peccata nostra offensi lacrymarum virtute placatur. Isaías Propheta, *lxiv, 6*, olim lamentabatur dicens : *Cedidimus quasi ventus abstulerunt nos; cuius calamitatis hanc assignat rationem : Non est qui consurgit et teneat te. At vero, dices fortasse, quisnam adeo erit letemarius, qui fulminibus Omnipotens et irati Dei opponere se presumat ?* Audi igitur Hugoenii Cardinalis super hunc textum ita scriptum : « Non est qui teneat te per lacrymarum copiosam effusionem; lacryma enim tenet et cogit Deum. » Similiter in Evangelio presenti, Salvator noster populo Hebreorum et civitati sancte totale prenuntiavit exterminium, iniquus : *Ad terram prosterrent te, non relinquent in te lepidem super lopidem; attamen eodem tempore suo exemplum Jerosolymae modum divinam placandi justitiam tradidit, quando flevit super illam.* Circa quæ verba S. Ambrosius ait : « Ipse Dominus Jerusalem flevit, et ut, quia ipsa flere solebat, Domini lacrymis ad veniam pertingeret. Ipse nos flere vult, ut evadere possimus. »

i. — Cum tanto honore ac triumpho afficitur

Dominus, extremam civitatis calamitatem prædictit, illiusque deplorat miseriam. Sic nullum in mundo est bonum, quod non aliqua sit amaritudine ressum. Salomon rex inter alias delicias hortos quoque et pomaria enumerabat : *Plantavi vineas, inquit, Eccle., ii, 4, feci hortos et pomaria et consevæ cuncti generis arborebus.* Ali vero inter ceteras arbores in locis illis amoenis plantatas, arborem quoque nucis habebat : *Descendi in hortum nucum. Cant., vi, 10.* Quis autem fructus hosce corticem amarisimam habere, et nonnisi baculis et fistibus ex arbore decuti ignorat ? Similiter in hortis illis, quantumvis ameni fuenterit, et rosis undique referti, verisimile non est, defuisse urticæ et spinas. Nam ut S. Gregorius ait : « Rosa qua redolat crescit cum spina qua pungit. » Et S. Isidorus ait : « Quamvis aliquis in gloria fulgeat, licet purpure et byssō resplendeat, quamvis pretioso culta præmineat, quamvis filiorum multitudo fortis mulierat, quamvis protectus armis, quamvis dives in omnibus, semper in pena est, semper in angustia, semper trepidus in pluma jacet, pallidus in lectis aureis jacet. »

j. — Haec Christi lacrymæ insigne in nos effundunt documentum; docent siquidem Deum misericordem simili esse et justum, quia detinet calamitatem civitatis, non tam remittit penam incorrigibili, sed eamdem post annos quadragesima vastavit dirissores per Romanos. Duplex igitur facie seu oculo aspiciebat civitatem : oculo misericordie primum, dum super eam flevit, et ita ei significacionem dedit, ut fugeret a facie areu, ne in fine videatur esse immisericors et crudelis, ad detectari flagellis. Unde per hunc flagrum praemonit antequam poniat. Praeterea etiam medium adhibet, quo ad frugem errantes reducat, dum mox templum ingressus ejicit vendentes et ementes, instar boni patris qui flagellat omnem filium quem recipit vel recipere cupit. Flagellum vero erat misericordie quo averteret ab eis scorpionem gehennæ; igitur conabatur omni modo impedire eorum punitionem, revocando eos ad penitentiam et tardando usque ad quadragesima annos. Sic Deus iustus est et misericordus. Peccatores enormiter, postquam divinam experti sunt pietatem, ut converterentur ad penitentiam, non huic soli innixi sunt, sed justitiae sue quoque scientes rigorem, ut ab hac secures se facerent, ad illam congererent, scilicet Dei misericordiam et pietatem, dolentes quod unquam illam offendient. Sic S. Bernardus id quod Magdalene accidit, considerans ait : « Magnam prorsus misericordiam magna misericordia diluit et abstergit, et hoc quidem festinanter, quia sine illo intervallo conjuguntur et lacryme peccatis et misericordia Salvatoris. » Idem quoque mellitus Doctor mysterium considerat, ob quod Maria Magdalena lacrymis suis Christi pedem lavit, et capillis suis

territ; namque pedes isti, inquit, sunt misericordia et judicium, quorum alterum sine altero osculari, vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda.

k. — Aliud adhuc documentum nobis suppeditant haec Christi lacrymæ. Docent enim misericordia proximi condolendum esse; sic enim Christus videns civitatem, civitatem, inquam, tam refractarium, ideoque macello destinatam, flevit super illam. El quod multo plus est, super seipsum non flevit, quem sciebat tofies a Judæis tam ignominiose tractandum, et post paucos dies crucigendum et occidendum, sed super Jerusalem. Et quod amplius est, flevit is qui offensus erat, et merito gaudent poterat de hostium suorum interitu, super inimicos suos. Item quod omnium maximum est, Deus super homines. Nos certe vermiculo non compatimur, quia natura eum longe excedimus; Deus vero nos infinite excedit, et tamē compatitur nobis, ad ostendendum quantum compassio erga miserables, et misericordie opera ipsi placeant.

l. — Christus Dominus sicuti erat verus homo, ita erat et verus Deus; ideo ejus sanctissima anima, in divina essentia, omnia quæ in illa urbe erant, sceleris, latrociniis, ambitiones, cupiditates, atque alias abominationes, quae in omnibus statibus erant, contemplabatur. Videbat ex Sacerdotibus, quosdam esse insipientes, alios in honestos, quosdam ambitiosos et alios nimia cupiditate inflammatos. Aspicebat ministros justitiae et reipublica gubernatores, suis comodiis atque utilitatibus consulentes, rapinis et mendaciis plenos. Denique causas pauperum et viduarum ob defectum tutelle cadentes; causas vero divitium erectas et in sublime elatas cernebat. Et quod pejus erat, omnes absque cura aliquæ in utramque aurem dormire, multis flagitiis et sceleribus oneratos. Dominus autem brevitatem harum deliciarum et nobilissimi temporis jacturam, insuper aeternitatem punitonis qua in alijs vita puniendi erant, et terribilia flagella quibus in hoc mundo erant castigandi, contemplans, commotus piissimum hominum lacrymas profunder cepit. Deplorans enim illorum hominum status est, qui tempus praesens clementer indulsum ad acquirendam coelestem gloriam et salutem suam, disperdidunt et in peccatis ac divinae legis transgressionibus insunt. O nobile sane tempus, propter quod et ipse Salvator uberrimas lacrymas profundi ! Bene igitur monet Ecclesiasticus, iv, 23 : *Fili, conserva tempus ut domum pretiosum.*

VERSUS 42.

Quia si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

Quia si cognovisses et tu.

1. — Id est, inquit Cajetanus, « si cognovisses

« mala tibi superventura, fleres; supple: quo modo
e fruoris bonis, que sunt ad pacem tuam, bonis
et temporalibus; alter sensus est: Si cognovisses
qua ad pacem tuam, hoc est, mea gesta, meum
adventum, mea bona, qua sunt ad veram pacem,
qua modo sunt abscondita ab oculis tuis inter-
nis. »

2. — Didaens Stella sermonem hunc Christi
interruptum esse observat: « Adverte, quod Christi
tus haec verba scissa et absque perfecto integræ
orationis sensu protulit, nobis significavit ingen-
tem animi dolorem, ob quem vox haec faciebus,
et lingua perfecte pronuntiari et exprimere sen-
sum sum non potuit. » Verbum igitur aeternum,
Sapientia Patris, is inquam, qui linguas infantium
facit disertas, de quo ipsi quoque infideles fatentur,
quod nunquam sic locutus est homo, modo perfecte
verba enunciare et eloqui nescit? Ecce tibi quoique
tristitia illius et dolor ascenderint exexcata letaris,
et quia propria perversitatem non pensas et penas
a tibi debitas atque instantes non privedes. » Hoc
causa desolationis innumerabiliter animalium, quod
scilicet se non applicent ad trutinandum cum pondere
sanctuarum gravitatem peccati, amissionem Dei
et regni colesint, aternitatem honorum, ideoque
incidunt in aternitatem penarum.

3. — Volebat Christus hisce verbis dicere: Si tu
me tangam verum Messiam agnoveris, si aures
predicationis meæ adhibueris, si ad plementiam,
ad quam toties te invitali, receperis, nequaquam
perires, inquit Euthymius. Si scires imminens tibi
excidium, inconsolabiliter fleres, tanquam invidiam,
malignitatem et ingratitudinem deponebras.

4. — S. Bonaventura, Serm. ii in hac Dom., post
illud: Et tu, subaudit, fleres: « Quadruplicem cogni-
tionem miser homo ad felum debet provocare; si
enim agnosceres in transgressione, peccati fodini-
tatem retributionis aquitatem, redemptioris
charitatem, resolutionis sive mortis calamitatem,
bene flere deberes. » Anima, que cognoscendo
assecuratur, quid sibi velit offensa Dei vel peccatum
mortale, contine re nequit, quin illud defleat et
detestatur. Peccata vocantur opera tenebrarum,
Rom., xii, 12: Abiciamus opera tenebrarum, quia
ut plurimum committuntur absque cognitione Dei
offensi, sine reflexione ad culpas gravitatem; qui in
obscuro ambulat, facile cespital et offendit. Observa-
endum quoque est, quod huic civitati Christus non
improperat directe ejus transgressiones, sed solam
ignoriam: Quia si cognovisses et tu, quia major
pars animorum condemnatur, eo quod hoc lumen
non recipiat, vel quod noticie huic seu lumini,
quod Deus illi communicabat, minima correspon-
deat; siquidem ipse quidem illuminat omnem homi-
num venientem in hunc mundum, sed malum nostrum
est, quod dilexerunt homines magis tenebras quam
lucem. Argi sumus in rebus, bona temporalia spec-
tantibus, at vero cum de salute animæ, aut de
bonis aeternis agitur, in obscuro et in tenebris
ambulamus. Vix confusum illud chaos productum
fuit: Terra erat inanis et vacua, et tenebrae erant

super faciem abyssi, cum ecce vox illa auditur: Fiat
lux, et facta est lux, et vidit Deus lucem quod esset
bona et divisit lucem a tenebris. Porro homo extra
gratiam Dei constitutus, unum pedem ori abyssi
internali immisit, estque iam secundum presen-
tem justitiam condemnatus. Sed quid denum sit:
Signatum est super nos lumen cultus tui, Domine; quia
misericors Deus lumen et agnitionem nobis infun-
dit miserabilis illius status et periculi, in quo sumus,
divinam suam gratiam nobis offert, ut haec mediante
nos erigere valeamus, imprimit nobis lumen rationis
et conscientias remorsum, ac tandem sua nobis
subministrat auxilia, ad evadendum barathrum
perditionis sed nos haec omnia surda auro excipi-
mus: Qui male agit, edit lucem, et ideo majoris
faciamus peccatum, quam ipsum Deum et salutem

eternam. Dionysius Carthusianus ait: « Si cognovissemus miseriam et eversionem tibi imminentem,
fleres, quo modo infeliciter exexcata letaris,
et quia propria perversitatem non pensas et penas
a tibi debitas atque instantes non privedes. » Hoc
causa desolationis innumerabiliter animalium, quod
scilicet se non applicent ad trutinandum cum pondere
sanctuarum gravitatem peccati, amissionem Dei
et regni colesint, aternitatem honorum, ideoque
incidunt in aternitatem penarum.

Et quidem in hac die tua.

5. — Lucas Brugensis ait: « Significat jam diem
seu tempus extremum adesse, quod alterno Dei
tuo miser homo ad felum debet provocare; si
enim agnosceres in transgressione, peccati fodini-
tatem retributionis aquitatem, redemptioris
charitatem, resolutionis sive mortis calamitatem,
bene flere deberes. » Anima, que cognoscendo
assecuratur, quid sibi velit offensa Dei vel peccatum
mortale, contine re nequit, quin illud defleat et
detestatur. Peccata vocantur opera tenebrarum,
Rom., xii, 12: Abiciamus opera tenebrarum, quia
ut plurimum committuntur absque cognitione Dei
offensi, sine reflexione ad culpas gravitatem; qui in
obscuro ambulat, facile cespital et offendit. Observa-
endum quoque est, quod huic civitati Christus non
improperat directe ejus transgressiones, sed solam
ignoriam: Quia si cognovisses et tu, quia major
pars animorum condemnatur, eo quod hoc lumen
non recipiat, vel quod noticie huic seu lumini,
quod Deus illi communicabat, minima correspon-
deat; siquidem ipse quidem illuminat omnem homi-
num venientem in hunc mundum, sed malum nostrum
est, quod dilexerunt homines magis tenebras quam
lucem. Argi sumus in rebus, bona temporalia spec-
tantibus, at vero cum de salute animæ, aut de
bonis aeternis agitur, in obscuro et in tenebris
ambulamus. Vix confusum illud chaos productum
fuit: Terra erat inanis et vacua, et tenebrae erant

Quæ ad pacem tibi.

in sicco hoeramus et in profundum inferni usque
naufragari cogamur. Et ideo Jansenius in sermone
quodam, super præsens Evangelium conscripto,
inter cetera ait: « Nunc nostra dies est, in qua
ea curare possumus, que ad pacem pertinent;
venient alii dies, qui non nostri erunt, sed divina
remuneratio, quando qui oblatos modo salutis
occasions non sunt amplexi, tradentur inimici
suis, diamonibus scilicet torquendi. »

6. — Porro de quo die Salvator noster loqui
intendit, quando dicit: In hac die tua, Dionysius
Carthusianus his verbis pulchre ad propositum nostri
declarat, dum ait: « Id est, in tempore isto
a brevi atque eccleris transienti, in quo non Dei
honori, sed propriis vanitatis vacas; que ad
pacem tibi, id est, ea que habes, ad carnalem,
temporalem et fallacem tuam pertinent pacem,
quia divitiis, deliciis et honoribus jam abundas,
nec ab hostibus infestaris. » Didaens Stella
quoque haec verba: In hac die tua de felicitate
temporali, qua Jerosolyma tunc de facto gaudebat,
interpretatur: « Et quidem in hac die tua, scilicet
qua letaris et gaudes, et tibi, et non Deo vivis,
quare tua dicitur dies et non Dei; » nihil enim
aliud tam meditabatur, nec ad aliud se applicabat,
quam ad letitiam, voluptatem et temporalem sibi
procurandam felicitatem, et ideo super Jerosolymam
immissæ sunt ingentes ille miseris et calamitatis
et flagella divinae justitiae. Ecclesiasticus, ix, 11, dicit:
Sicut pisces capiuntur homo, et sicut aves laqueo
comprehendantur, sic expiuntur homines in tempore
malo, cum eis extemplo superercent; quasi diceret:
sicut pisces lati circumstant, mox ut acceperunt
simil cum homo escam, et sicut ave accepto grano
illis objecto, festive salutant et volant, non attendentes
se esse ad mortem captivas; eodem quoque
modo major pars hominum, dum in summo sunt
gaudiorum gradu, morti aeternæ et demoni eadem
in predam, idque eo præcipue tempore, quando se
vel maxime adhuc gavisos esse sperabant. S. Gregorius,
Hom. xxx in Eu., proinde optime hac de re
serabit, dum ait: « Bene autem peritura animæ
conscientia, que subditur, convenit: Et quidem in
hac die tua, que ad pacem tibi; nunc autem abs-
condita sunt ab oculis tuis; sum hic diem habet
anima perversa, que transitorio gaudet in tem-
pore, cui in que adsunt, ad pacem sunt, quia
dum rebus temporalibus latet, dum honoribus
extollitur, dum in carnis voluptate resolvitur, dum
nulla future pene formidinæ terretur, pacem ha-
bet in die sua, que grave damnationis sine scan-
dalum in die habebit aliena; ibi enim afflenda
est, ubi justi latetabunt et cuncta que modo ei ad
pacem sunt, tunc in aternitudinem rixa verten-
tur, quia rixari secum incepit, cur damnationem
quam patitur, non expavit, cur a prosperiendis
malis sequentibus oculos mentis clausit. »

8. — Lucas Brugensis una cum Euthymio notat,
quod hic Christi loquendi modus interruptus sit:
« Defectivus est sermo, » inquit Euthymius, « con-
suverunt enim flentes, verba praefectus
vehementia abrumperet. » Porro haec verba si-
mul conjunguntur, cum verbo cognovisses, et ideo in
Syriaco textu legimus: Nempe si tu nosset ed,
qua ad pacem tuam, vel sollem isto die tuo:
« Pacis nomine intelligitur prosperitas, salus,
et cetas et animi et corporis. » Medium autem, quo
Jerosolyma et totus illius populus ad frumentum haec
pace, ut poterat, erat fides in Christum, ipsum
videlicet tanquam verum Messiam recipiendo et
agnoscendo. « Jam que ad pacem Jerosolyma face-
rent, ex quibus pendebat tota illius felicitas, erant
« fides in Jesum Christum et predicationis ejus
suscepito. »

9. — Cum igitur Jerosolyma figura sit animæ
alicuius, qua extra Dei gratiam posita, illius ini-
mitia existit, necesse est, ut, si pace gaudere velit,
patulas aures porrigit, cunctis incitatoriis et inspira-
tioribus colestibus, ipsam ad respicendum et
vera pace frumentum extimulantibus, Isa., XLVII,
22: Non est Pax impia, Pax est, et non est Pax.
Etenim quando anima in peccato mortali consti-
tuta, consuecat malitiae provenit, ut remorsum, syn-
deresim et inquietudinem male conscientis amplius
non sentiat, signum est, quod ad summum usque
iniquitatis verticem pertigerit, nam impius cum in
profundum peccatorum venerit, contemnit. Prov.,
xvii, 3. Vera autem Pax in serenitate recte cu-
dam conscientie consistit, Rom., i, 7: Gratia vobis
et Pax; ubi enim regnat gratia, ibi Pax dominatur
et contra bellum est, ubicunque est peccatum;
unde David, Psal. xii, 3, ait: Viam pacis non
cognoverunt, illiusque rationem reddit: Quia non est
timor Dei ante oculos eorum.

Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

10. — « Hoc est, adversa tibi imminentia nunc
et latent, » inquit Dionysius Carthusianus, « quia
et mihi, ea tibi pronuntianti credere aspernaris. »

Venerab. Beda similiter civitatem illam adeo lacram et jucundam nequam futuram fuisse scribit, si imminentia sibi infortunia previdere potuisset : « Si enim cordis ejus oculis, mala que imminarent, abscondita non essent, iusta in presentibus propter peris non fuisset. » Pars quodam supplicii est anima alicui impio irrogandi, si in hac vita ad alterius vite penas clausos habeat oculos, ita ut seriam ad illos reflexionem minime faciant; tunc enim sensibus et appetitus inordinatis frena omnino laxat. Unde Didacus Stella ait : « Hæc mala ventura abscondita dicit ab oculis tuis, quapropter ter multi securi peccant et patientia Dei ita abundant, ut oculo pejores in dies effecti; in consuetudinem peccati dilabuntur. »

11. — Dionysius Carthaginianus in eamdem incident pordonationem, dum ait : « Ex longanimitate et patientia Dei audientes peccant et detiores reduntur, in consuetudinem peccati ruentes. » Ubi extum illum Ecclesiastici, vii, 11, adducit, dicentis : *Etenim quia non profertur cito contra malos sententias, atque timore vello filii hominum perpetrat mala.*

12. — Albertus Magnus per hanc absensionem, inconsiderationem intelligit; quasi diceret : « Quia non consideras ea, ita culpa tibi claudit oculos et putas te semper in peccatis pacem habiturum; » at vero tanto penosior et acerbor mortis erit, quanto anima per affectum summum hisce bonis et delectationibus mundanis tenacius adhaerescit : *O mors quam amara est, inquit Ecclesiasticus, xii, 1, memoria tua homini pacem habent in substantiis suis.*

13. — S. Gregorius, *Hymn. xxxix*, ait : « Per aversa quippe anima rebus presentibus dedita, in terrenis voluntatibus resoluta, abscondita sibi mala sequentia provide futura refutit, quem presentem letitiam perturbat, dumque in presenti vita oblectacionibus se deserit, quid aliud, quam clausis oculis ad ignem vadit. Unde bene scriptum est : *In die bonorum ne immemor sis malorum.* »

Additiones.

a. — *Quia si cognovissent et tu, et quidem in hac die tua, etc. Ignoriamus hic piissimum et misericordem Dominum potius obiecti civitati quam ejus sceleris et peccata; et ratio est quia ignoranta vite nostrae et peccatorum nostrorum causa omnium est malorum. Ex hoc enim fonte oritur cur nobis postea in judicio timendum nobis sit; nam si in hac die vita nostra, que adhuc nobis est, per exactum conscientiam examen nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur, nec esset uila nobis judicium timendi ratio. Non quidem absolute evasuri sumus necessitatem presentandi nos coram supremi Judicis tribunal, sed rigorem et severitatem Judicis effugiemus, si priusquam coram illo compareavimus, nosmetipos diligenter examinare studuerimus.*

mus. Unde S. Anselmus ait : « Cessat vindicta divina, si conversio precedat humana, quia, ut ait Apostolus, I Cor., xi, 31 : *Si nos ipsos dijudicavimus, non utique a Domino judicaremur.* » Et ideo S. Bernardus, tametsi adeo innocentem et immaculatam duxerit vitam, nihilominus de semetipso dicebat : « Statuam me ante me, et judicabo meipsum, ut illius extreme dei judicium evadere possim. » Ubi Sanctus illi non a judicio sed ab ejus horro eximi postulabat; ideoque primo sevrum secum ipse institutus examen; unde et in quadam super sacra Cantica sermone, ita scribit : « Uoum est examen : *si nosmetipos judicaverimus, non utique judicetur.* Bonum judicium quod me illi districto divinoque judicio subducit et abscondit. Prorsus horre incidere in manu Dei viventis. » Nec non super Psalmum : *Qui habitat, etc., in sermone octavo, hoc idem repetit monitum dicens : « Judicemus interim fratres, et terribilem illam expectationem presenti studemus declinare judicio. Non judicabit Deus bis in idipsum. » Apud Micheam Prophetam, vi, 8, salutare quodam nobis traditur documentum, ad effectum notiendi judicium extremum. Dicit enim sacerdotes textus : *Iudicabo tibi, o homo, quid sit bonum et quid Dominus requirat a te. Utique facere iudicium.* Sed dicit fortasse aliquis : Numquid hoc judicium ad Filium Dei pertinet : *Pater omne iudicium dedit Filio; aut vero unius Scripturae textus alteri contrarius erit?* Rupertus Abbas dubium hoc solvit dicens : « Quid est judicium facere, nisi iudicium Dei? Proveniens autem iudicium Dei, si temetipsum prior judicas in prospectu Dei, ne a Deo judicieris. »*

b. — Non obiicit Dominus Jerosolyma scelerata peccata, sed solum ignorantiam, eo quod non cognoverit que illi ad pacem sunt et salutem. Ignorantia enim salutis et exilis nimis astimatio qua animam appretiamur, ex modica anima oritur notitia. Elia ignorans omnium malorum causa est et origo. Filius prodigus qui ad eam redactus fuerat egestatem, ut lacer, nudus et famelicus in villa quamdiu immunda pascerne animalia uregeret : *Cupiebat impaire ventrum suum de sequis quas porci manducabant, et nemo illi dabant; idem postea in domo patris sui inter symphonias circumsonantes, omniumque domesticorum solo invito fratre ejus excepto, plausus et festiva gaudia lauto cuidam epulo assidere consiperit. Undenam putas mira haec circa eum conditionis mutatio oritur habuit?* In se reversus dicit : *Quanti mercenarii in domo patris mei, etc., nimis natum suorum nobilitatem ex una parte, ex alia vero ministerii illius cui se necessitate cogente addixerat, vilitatem generi et origini sua indecoram probe considerans, generosam hanc apud se fecit resolutionem dicens: Surgam et ibo ad patrem meum. Certum namque est*

quod quanto quis circa nobilitatem et excellentiam anime sue magis lumen, clarioremque notitiam sibi acquisierit, tanto magis se a natalibus suis degenerasse erubesceret, tantoque puriorum magnisque immaculatum animam suam deinceps conservabit.

c. — Flet Christus non ruinam civitatis materialis sed spiritualis, qui non dolet toto etiam perirent mundo; ut doceret animam quamcumque universo preferendam mundo, dans animam suam pro anima unica, et non pro mundo toto. Idem enim ille Deus, qui mundum universum tribus digitis sustinet, Isa, xvi, 7 : *Appendit tribus digitis molent terra, euquaque super nihilum velut basim collocavit: Appendit terram super nihilum, sicut pariter totum universum ex nihilo produxit, idem inquam, et nemo alias, valoris et estimationis qua anima reliqua rationalis et Christiana, pro toto universo pendenda venit, adequalus Iudeus esse poterit, qui proinde tantum anima nostra amator zelotypus clare protestatur dicens : Quid prodest homini, si mundum universum luceret, anima vero sua detinatur patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Matth., xv, 26. Ponatis ex una suis parte universum mundum, cum omnibus suis thesauris, deliciis, voluptatibus, honoribus, immo cum omnibus que habet ab habuit, et ad finem usque seculorum habitus est aut habere potest bonis desiderabilibus; ex altera vero bilanci parte, unam duntaxat animam collocare et ponderare hec omnia ad invicem, sed cum pondere sanctuarum, et unicam illam animam omnibus aliis ex adverso positis longe preponderare invenientis. Unde merito S. Menna Aegyptius Martyr illi gloriosissimum dicens : « Neque enim potest totus mundus aqua lancea expensis uni comparari anima. » Cujus S. Bernardus efficaciter reddit rationem, dum ait : « Tota tus iste mundus ad unius animae estimari non potest: non enim pro toto mundo Deus animam suam dare voluit, quam pro anima humana dedit. Sublimius ergo est animæ pretium, quia non nisi sanguine Christi redimi potuit. Quam ergo commutationem dabis pro anima tua, qui pro nihilo das illam? »

d. — Merito te ipsum lugeres, o Christiane, quod cum tanta fecerit ad pacem tibi, ad justificationem et preservationem a multis peccatis et periculis, ea tamen non consideres, cum multis titulis te ad Dei amorem obligent. Et quidem primum ex iis beneficiis est vocatio ad veram et orthodoxam fidem. Etenim ut optime S. Ambrosius ait : « Nihil nasci profuit, nisi redimi profussit. » Equisdem enim nobis prodesset, nos esse quoddam adeo nobile accepisse, ad cultum possidendum creatos esse, immo et redemptos fuisse, nisi etiam speciali qudam vocazione aggregati essemus in gremium sanctæ Matris Ecclesie. Nam ut S. Augustinus bene

notavit : « Multæ generationes pertransierunt, quæ omnes sine cogitatione Dei et prelio sue redempcionis in interitum sempiternum dilapsæ sunt; omnibus illis Redemptor tuus te prætulit; quare hoc in te factum sit, nullam præter solam Salvatoris charitatem invenire poteris causam. Numquid tu fortior, sapientior, nobilior, dñior fuisti « qui hanc præ omnibus illis speciale gratiam sortiri meruisti? Quot fortis, quot sapientes, quot nobilis, quot diviles illi fuerunt, et tamen universaliter derelicti et abjecti perierunt. »

Nomina beneficium et manifestum Dei nos impense amantis signum est ipsa justificatio. Quoties enim anima aliqua Deo dicere jure merito deberet : *Viviebas me et de abyssis terra iterum eduxisti me; multiplicasti magnificentiam tuam? Psal. lxx, 20, 21. El ubi S. Paulus, Rom., v, 10, ait : Ubi abundat dilectio, superbantur et gratia. Eodem prosrus tempore quo degener et rebellis filius adversus Patrem insurgit et conjurat, ut quantum est ex parte sua, vitam ei eripiat, ipse velut amantissimus Pater, summa cum sollicitudine cordisque anxietate, exclamat : Servate puerum Absalon.*

Inimici nostri demones in nostram perniciem indefesse vigilant, nec unquam dormiunt, qui proinde vocantur *spirituales nequitæ in celestibus;* et quis alius inde nos salvat et eripit, nisi amantissimus Salvador noster qui in salutem nostram continuo invigilat? Unde S. Augustinus, *Solilog.*, xviii, ita ait : « Precedens ante me laqueo peccatorum, tollens occasiones et causas, quia nisi tu hoc mihi fecisses, omnia peccata mundi fecissem. » Et alibi idem sanctus Doctor pariter ita scribit : « Adulter non fuisti in vita tua præterita plena ignorantis? Hoc tibi dicit Deus tuus : Regeham te mili, servabam te mili, ut ad ullum non committeres; susas defuit? et ut hic decesset ego feci; locu[m] et tempus defuit? et ut hic decesserent ego feci; affut suas, non defuit locus, non defuit tempus? ut non consentires ego te tenui. » Imo et ipse Seneca solo hoc naturali lumine praeditus ait : « Refinuisse ne in scelus rueres, inter maxima beneficia recensemendum est. »

e. — Hæc Sanctorum est felicitas quod oculos habent qui cuncta manifestant, nec res superficie tenus tantum contemplentur, sed ut in se sunt, sub labore sciæcet quietem, sub cruce gloriam. Ipsi enim in celum oculos fidei dirigentes, omnia quibus hic in terris frui possunt, facile contemnunt.

VERSUS 43.

Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et coangustabunt te undique.

f. — Jansenius in sermone quodam super hoc Evangelium, ex severitate supplicii illius, quod de

urbe Hierosolymitanæ Deus sumpsit, nos peccatum infernalium atrocitatem considerandam his verbis invitauit : « Discendum, quam grave et intolerabile sit futurum gehennæ supplicium, cum temporale et Jerusalem excidium, tantum præsumum a longe, Christo excusserit lacrymas. » Horrorem etenim hujus excidii tot lacrymabilibus et funestis eventibus conjuncis, omnino videri posset incredibilis, nisi relatus et conscriptus esset ab historico veridico et teste quodam oculato, qualis Iosephus Hebreus fuit, inter ejuus plures, quos scripsit libros, ille, qui de excidio Hierosolymitanæ ab ipso conscriptus fuit, per speciem omnis erroris exercitum cœli providentiam, non sine evidenti miraculo, ab innumeris occurrentibus periculis illatus et intactus, ad hæc usque tempora ingenue conservatus et custoditus fuit, ut corum, que illius excidii tempore ipso presente et spectante acciderunt, veridicus testis esset; nec sine mysterio Deus ita dispositus, ut testimonium hoc ab Hebreo ederetur, ne, si historicus ille a Christianorum numero fuisset, suspecta rediretur historie ab eo conscripte veritas, eo quod haud irrationaliter timeri potuisse, ne suplicio Judeis in vindictam Redemptoris nostri ab ipsis crucifixi irrogata, hyperbolice nimis et exaggerata conscripta fuissent. In decursu igitur quadragesima annorum post Christi crucifixionem a Cesare Romanorum constituti Judeæ Præsides, Pilatus, Festus, Felix, Florus, Albius et Cestius universum Judaismum certatim angariaverunt et per continuas multiplicatasque indies extorsiones, injustitias, strages et inanidas crudelitates in tantum exagitarunt, ut ex desperatione jugum subjectionis, quo ab imperio Romano coerebantur, sicut fuerint executare, non obstante quod illi, utpote toti mundo imperantes, viribus longe superioribus esse evidenter agnoscerent. Porro Titus Imperator in persona propria cum exercitu validissimo in Judeam se contulit, omnesque civitates Judeis subjectas primitus sibi subjugavit, in quibus præter illos, qui per gladios et ignes, aliasque hostilitates exercitas occubuerant, multi sibi ipsi, uxoribus quoque et filiis necesse violentam intulerunt, ali vero inter montium prærupta, ali in mare sese præcipites egrent, ne a Romanis in captivitatem abducerentur. Dispositus quoque vindicativa Dei justitia, ut, quemadmodum Judæorum populus Hierosolymæ Paschali tempore tumultuoso clamaverat : *Tolle, tolle, crucifige, ita quoque idem populus edens tempore, in eadem civitate a Romanis cingeretur obsidione, a quibus tres Judæorum milliones acerbissimum fuere occisi suppliciis, siquidem ut annales Ecclesiastici testatum faciunt, tantus fuit Judæorum crucifixorum numerus, ut plantandas seu erigendas crucibus, nec ligna amplius suppeterent, nec locus aut situs. Fames qua cruciabantur, adeo erat ingens et valida, ut stercore equina, calceorum et cingulorum*

*coria et animalium distractas pelles et excrementa, velut delicias manducare cogerentur; imo mater quenam ex violentia famis filium suum proprium ad ignem torrere et manducare coacta fuit. Per ensemble et alia mortis inferenda instrumenta integer hominum millio, sen myrias deleta fuit et centum hominum millia in continuata urbis obsidione; qui ab anno etatis decimo septimo et ultra vivi remanserunt, positis ad colum catenis, vincis et onusti, tanquam mancipia ad metallifodinas Egypti abducti fure; qui vero septendecim annis minores erant ad numerum nonaginta milium veluti mancipia venditi et in variis mundi partes fuerunt dispersi; multi autem fuerunt reservati, ut in falsorum numinum festivitatibus, feris, leonibus et ursis in theatris objicerentur. Militibus, qui necessitate suadente ad exercitum transiere Romanum, tanquam avaris et ingloriosis, postquam aurum in devorandum ingressissent, sub spe illud denuo, quando innutri corporis pondus deponebant, recipiendi, in una nocte plusquam his millibus, venter apertus, indeque omnia interiora crudeliter extracta fure. Hæc civitas quondam a Melchisedech Rege, ante bis mille, sexcentos et septuaginta annos, ante dictam obsidionem aedificata, tribus cineta erat fortissimum monumen lorici et plurimi hinc inde propaginatis communia; tertii vero ordinis moenia civitali proponquia non gentilis tribus defensio conspiciebantur, præter quas tres aliae turrebantur, quæ sua altitudine, invicta fortitudine et structure sine stupore videri a nemini poterant, adeo ut Imperator, qui civitatem hanc ejusque munitiones ante desolationem viderat, Deum contra Hierosolymam pugnasse dixerit, siquidem alias impossibile fuisset, ut per ullam militarium machinaram vim expugnari potuisset. Rupis denique et in terram prostratis predictis menibus, prefatus Imperator terra adæquari jussit omnis ædificiorum moles, adeo ut vix lapis alteri lapidi cohæserit, ut adimpleretur prophæta Salvatoris dicentis : *Non relinquent in te lapidem super lapidem.* Templum tandem postquam igne conflagrasset, sicut et omnes domus civitatis dirite et desolatae fuerunt, ac solo adæquate, adeo ut, quemadmodum supradictus historicus Iosephus Hebreus referit, si, qui urbis locum, in quo stetebat, transeundo respiciebant, jurassent, nulla unquam eo in loco hominum stetisse habitationem.*

Quia venient dies in te.

2. — Didacus Stella inquit : « Adverte, quod quando loquelatur Christus de pace peccatorum et de tempore vite presentis, in numero singulare dixit : *In hac die, sed quando locutus est de peccata et calamitate ventura, dixit, dies in numero plurali; hinc intelliges, quam brevis sit felicitas mundana, quam vero longus cruciatus, utpote semipernus.* »

3. — Albertus Magnus tandem aliquando diem illum venturum esse dicit, in quo impius oculos suos aperiet, ad cognoscendam ingentem, cui influxus heret, miseriam : « *Venient dies, in quibus claro lumine aperientur tunc oculi tui per petnam, quos modo claudit culpa;* » id namque impius illis eventi, qui in libro Sapientia, v, 6, dixisse leguntur : *Ergo erravimus a via veritatis, et justitiae lumen non lucit nobis; lassoti sumus in via iniquitatis et perditionis, viam autem Domini ignoravimus;* hec tamen agnitus, utpote sera nimis, inutilis fuit, quia tempus faciendo penitentiam fructuosam jam dudum evanerat.

Et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et coangustabunt te undique.

4. — Venerabilis Beda per hosse inimicos, spiritus intelligit infernales, qui bellum gerunt adversus mysticam animæ nostræ Hierosolymam : « Qui unquam sunt humanæ animæ majores inimici, qui maligni spiritus? Qui hanc a corpore exentum obident, quam in carnis amore positam deceptoris delectationibus fovent, quam vallo circumdant, quia ante mentis ejus oculos, redditis iniquitatibus, quæ perpetravit, hanc ad societatem sus damnationis trahentes coarctant; » in quoniam vero spiritualis hec obsidio consistat, qua anima, ut in inimici redigatur potestatem, circumdata esse conspicitur, sequentibus verbis declarat, dicens : « Maligni spiritus animam coangustant undique, quando eis non solum operis, verum etiam locutionis, atque insuper cogitationis initiatibus replicant, ut, que prius se per multa dilatavit in scelere, ad extremum de omnibus angustiar in retributione. »

5. — Dicere quoque possumus, in hisce verbis insinuari angustias, quibus impii in iudicio finali futuri erunt obnoxii, quando nimurum justitia vindicativa Altissimi omnes creaturas contra rebellis suos armabit, Sep., v, 18 : *Arnobit creaturam ad ultionem inimicorum;* tunc reprobus nullum poterit reperire divitculam ad iram Dei effugientiam, Psal. xxxviii, 9 : *Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam?* Si ascendero in celum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpropter penitus mens dilucido et habitaro in extremis muri, etenim illuc manus tua deducet me et tenebit me dextera tua. Quod si convertat ad celum, illud fulminibus contra se armatum esse reprehendet; si ad terram respiciat, haec ignem copiosum emovet; si se in speluncis abscondere nitatur, precipitabitur in ocellas voragine; si anxiis amicis inquiratur, qui illum adjuvant, demonibus occurrit. Hugo Cardinalis S. Gregorium adducit, dicentem : « *Quomodo angusta vie erunt utique reprobi?* Superioris erit iudex iratus; subtilis horrendum chaos; a dextris peccata accusantia; a sinistris infinita daemonia

ad inferna trahentia; intus conscientia urens, a foris mundus ardens. Miser peccator sic depressus quo effugiet? latere enim impossible; apparet intolerabile; si queris, quis te accuset, dico totus mundus, quia offeso Creatore, et omnis creature habet perditum odio. »

Additiones.

a. — *Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, etc.* Multis hodiernum Evangelium, nonnisi quoddam terribulum vanum videtur; putant enim Christi predicationem et comminationem jam in Judeis completam, ad alias non pertinere. Unde dicere videntur : Non venient hæc dies in nos. Sed me, ut verum fateor, si quod terret Evangelium, terrel hodiernum. Video enim manifeste que in hoc Evangelio prædicentur Judeis impenitentibus, prædicti etiam peccatoribus in peccato morientibus; adeoque hoc Evangelium esse duplè prophætiam, unam quæ Judeos, alteram quæ peccatores omnes tangat. Ut enim perditio Hierosolymæ et destrucio typus est perditionis peccatorum, ita estimandum est ea, quæ ad litteram evenerunt Hierosolymæ, spiritualiter eventura homini in peccato existentia, quia quoad omnia siue mortis quoad naturalia, sic ille quoad spiritualia destructus esse censendum est. Vera enim mors, quæ ita nominari meretur, est animæ a Deo qui vera vita est separatio, qualem solum causat peccatum. Mirabitur forlasse nonnemo, quia ratione Ezechiel, xv, 4, animam morti subjectam esse asserere potuerit, cum anima humana a Deo creata fieret immortalis. At vero mirari desuet si consideraret Prophetam, dum id affirmat, animam cum culpa conjugere; dicit enim : *Animæ quæ peccaverit, ipsa morietur.* Peccatum enim est quod mortis nomine vere meretur quia animæ vera vita privat. Regius Psaltes, Psal. xlii, 20, ait : *Cooperuit nos umbra mortis.* At vero quenam est haec umbra mortis de qua loquitur? S. Gregorius idipsum exponit, dum super illa verba S. Johi : *Obscurant eum tenebre et umbra mortis,* ita scribit : « Umbra mortis mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est, qua caro separatur ab anima. Unde recte voce Martyrum per Prophetam dicitur : *Hannibali nos in loco afflictionis, et cooperuit nos umbra mortis;* quos enim constat non spiritu sed sola carne mori, nequamque se vera morte, sed umbra mortis dicunt operiri. » S. Augustinus a S. Bonaventura citatus, optimè exponit quanam in re mors animæ constat, dum ait : « Mors animæ fit, cum eam deserit Deus, sicut corporis cum deserit anima. » Unde S. Joannes ait : *Qui non diliget manet in morte.*

b. — Excidium civitatis antecedenter quadraginta annis minatur Christus, ut ipsi penitentiam agant, resipiscant et non pereant; uti imminent